

fae Officium de S. Corbiniano. Incipit a Tropo seu Prosa: *Adest beatissimi Corbiniani diei electa festiuitas. Gratulantes hodie iubilent catholici letabundi. Memor nostri ora pater, quatenus relictis sordibus terrenis uniamur christo ymnologis zeumatibus (ζευγμα) adherentes ei in eternum. Evovae. Id, quod literas vocales τϛ s̄ EcVIO. rVm AmEn exprimit, ne quis Bacchicum illud 'Ev óie, Evoe arbitretur. Sequuntur Responsoria, Versus, Ymnus, Antiphonae, In-*

*Laus sit regi glorie
Cuius formam gratie
Solis splendor obstupescit*

CCCXCIII.

- U. 261 Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XIV. Folior. 354. f. non una manu per duas columnas exaratus, rubricis enotatus, et olim, ut frons praefert, a M. Andrea de Weytra art. et sac. pag. Professore, ad D. Stephani Canonico et Collegii B. M. V. Rubee Rose apud fratres predicatorum in Vienna Superintendente eidem Collegio legatus praevio Contentorum Elencho incipit a Pastoralis Gregorii M. Praemittitur Index Caputum idem, qui edit. Maur. Paris. 1705. T. II. Opus inchoat: *Pastoralis cure me pondera fugere &c. Lectio subinde claudicat; est tamen, ubi Codicem audire malis. Ita ad Praef. finem: qui pondus magisterii tanto levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant; certe*

uitatoria, Missa, atque omnia ista Titulum praeferunt: Hystoria sancti Corbiniani Episcopi Ecclesie Frisingens. quo titulo illa reperi in Breviario Eccl. Putaviensis curante Leonardo Allantse Bibliopola Vien. impresso Venetiis 1505. 8. non tamen ad VIII. Sept. sed ad XX. Nov. quo die ejus Translatio celebratur. Ad calcem alia, sed aequae antiqua manu adscripta est ad notulas muficas Sequencia de sancta Agnete:

*In orto ecclesie
Lydia colligere
Tamquam sponsus dum processit &c.*

rectius noster: *quanto vim gravitatis &c.*

II. fol. 52. sequitur Gregorius super cantica. Initium: *Postquam a paradisi gaudiis expulsum genus humanum &c. Abjudicaverat ab Gregorio Expositionem hanc Petrus Guffanvillanus, sed reddere bono jure Mauriani, ut habes T. III. col. 397. Codex noster ad calcem: Explicit liber sit scriptor crimine liber, et rubro: Explicit exposicio gregorij super cantica.*

III. fol. 88. ut in calce: *Tractatus dulcissimus Beati Bernhardi super evangelium Johannis videlicet: Ante diem festum sciens ibesus quia venit hora eius &c. Ita creditum, donec moneret Card. Job. Bona Sermones hos XV. de Verbis Domini in Coena cum Prooemio esse posterioris cujusdam Abb. Ogerii seu Oglerii Luceniens.*

enf. Ord. Cist. ut jam *Vol. I. P. 1. col. 931. et P. 2. col. 2084.* retuli. Exhibentur a *Maurianis Opp. Bernardi Paris. 1690. T. V. col. 597.* *IV. fol. 121. p. 2. Sermones* bini *Bernardo* inscripti, quorum prior init: *Verbum patris Vnigenitus dei sol iusticie &c.* et legitur inter *Ejus diversos n. XLII.* edit. mox *cit. T. III. col. 1175.* Textus nobis praefixus: *Negotiamini dum venio,* ibi abest, et huc fortasse translatus est e *Sermone de S. Nicolao,* quem *Mauriani T. V. col. 717.* referunt et *Nicolao Claraevallensi* tribuunt, qui certe, quae de *quinque Regionibus* tradit, e genuino nostro *Bernardi* sublegit, et circa finem hortatur: *Negotiamini ergo, dum veniat &c.* Sermo alter: *Panem Angelorum manducavit homo. Os nostrum patet ad vos, sermo noster ad vos dilectissimi sacerdotes &c.* a *Maurianis* merito inter spurios *T. V. col. 667.* ablegatus et inscriptus est: *De excellentia sanctissimi Sacramenti et dignitate Sacerdotum.* Exemplum nostrum ab *Edito* multum variat.

V. fol. 130. Incipit tractatus et oratio beati Anselmi de passione domini. Initium: *Benedic anima mea domino &c.* Inter *Anselmi Meditationes* edit. *Paris. 1721. f. numero IX. p. 217.* inscripta *de Humanitate Christi,* alias *Stimulus Amoris,* vel *Speculum evangelici Sermonis.* Exemplum istud non parum abit ab *Impresso.*

VI. fol. 136. Incipit omelia deuotissimi bernardi super primo uerbo ut sequitur et scribitur Job. 19.

Nempe: Stabat juxta crucem ibesu mater ejus &c. Initium: *Sicut christiane religionis defectus ex ariditate causatur cordis frigidi, sic nimirum ex inflammata affectione, quam deus et sancta parit in anima meditatio omnis fidelium profectus procedit. &c.* Non reperi in *Opp. Bernardi,* nec esse illius varia suadent, v. g. citatus *beatus Anselmus,* adfertum illud: *Et non incongrue ex quo a peccato originaliter contracto in utero sanctificata est, ab omni deinceps peccato immunis permansit, item illud sub finem: Lapidabit te filius Marie in die iudicij &c.*

VII. fol. 148. Incipit formula nouiciorum. Praeit *Summarium Capp. XX.* quorum *I. Quod nimis remissum regimen nutrit vicia in subditis et religionem confundit.* Ejus initium: *Si vis in spiritu proficere et hoc esse propter quod ut hoc fieres ad scolam uirtutum et ad religionem uenisti &c.* Brevia sunt *Capita,* vel potius *Vitae asceticae Αφορισμοι,* finiuntque: *nec ullam ei reuerenciam exhiberi. De eorum Autore mox mentem aperiam.*

VIII. fol. 153. a fecunda manu: Sequitur Hugo de disciplina nouiciorum. Scripsit sane *Hugo Victorinus de Institutione Novitiorum Capp. XXI.* quae praesto sunt edit. *Opp. Rothomag. 1648. T. II. p. 26. f.* sed *Titulus Codicis* a prima manu alio nos jubet respicere. Est is: *Incipiunt collaciones profectuum Religiosorum.* Prooemium earum incipit: *Desiderasti a me karissime ut aliquid scriberem tibi*

tibi ad edificacionem &c. Caput autem I. *Primo considerare debes quare veneris ad quid ueneris* &c. Si initium hujus *Cap.* sequaris, habebis *Bonaventurae* Opusculum de *Institutione Novitiorum* edit. *Lugd.* 1668. T. VII. p. 613. f. Sin autem *Prooemii* initium e *Bibl. PP. Lugd.* T. XXV. p. 869. ita subpleas: *Dilecto in Christo fratri Bertholdo frater David* &c. habes *F. Davidis de Augusta* O. M. *Formulam Novitiorum priorem* nempe de *Reformatione Hominis exterioris*. Atque ab hujus partibus mihi standum puto ex autoritate *Codicum Polling. Ethal. et Diessensis*, e quibus Opuscula, quae hic in quaestionem veniunt, primum prodierunt *Augustae ad Insigne Pinus* 1596. 12. unde ad *Bibl. PP. cit.* translata sunt. Qui *Bonaventurae* tribuerunt, fortasse *Codicem ἀνωμνον* naeti erant, ut est *Noster*, aut *Titulorum* decepti sunt similitudine, ut *Bonaventurae* Editores, qui in *Monito* praevio p. *suprac.* fidenter adserunt, hoc Opusculum a *Trithemio* inscribi *Bonaventurae*, cum *Trithemius* n. 464. solummodo referat de *Institutione Novitiorum Lib. I.* neque ejus adscribat initium, unde facile non *Formulam* nostram, sed *Speculum Disciplinae ad Novitios*, quod extat *Opp. T. cit.* p. 532. intelligere potuit, idque eo certius, quod *Davidi* nostro n. 455. de *Compositione Hominis exterioris L. I.* et de *Compositione Hominis interioris* pariter *L. I.* tribuat, quorum utrumque in *Codice* prae-

fenti manibus tenemus. Jam ergo de priore ad alterum transeamus.

IX. fol. 161. absque *Titulo* Praefatio incipiens: *Collationes meas* (nota rationem inscriptionis *Libelli* superioris: *Incipiunt collationes* &c.) quas exhortatorie ad *novicios* &c. Mox inter caussas susceptae operae: *Vna est, ut eisdem noviciis nostris, quibus priorem formulam scripseram de exterioris hominis compositione — etiam de interioris hominis reformatione aliqualem notitiam ostenderem* &c. Vides eundem esse hujus et superioris *Opusculi* autorem, id, quod confirmat aliud sequens *Prooemium*: *In priori formula novitiorum quam quibusdam noviciis scripsi de exterioris hominis compositione &c. nunc de interioris hominis id est mentis reformatione &c.* En igitur alterum *Davidis* partum. Interim tamen et is *titulo de Profectu Religiosorum*, qui huc non quadrat, infarctus est *Bonaventurae T. cit.* p. 557. Rectius *Trithemius* ad *Davidem*: *De compositione hominis interioris. L. I. Collationes meas* quas. Jam ad III. *Opusculum* veniamus.

X. fol. 185. *Incipit pro instructione morum et conuersatione proficientium tractatus qui intitulatur candidarius. Candidarii* adpellationem tardius accessisse putem. Sequitur *Elenchus tractandorum*. Initium *Opusculi*: *Profectus religiosi septem processibus distinguitur* &c. Erravit *Trithemius* initium istud *Libello de exterioris Hominis Compositione* adsignando, errarunt etiam

etiam Editores *Bonaventurae* Opusculum istud p. 574. pro *Libro II. de Profectu Religiosorum* venditando. Sint fane omnia *Tria Davidis de Augusta*, cujus nomen et *Epistolam Codices* supra citati praeferunt, neque recurrendum censeo ad illam *Lucae Waddingi* in *Scriptt. O. M.* p. 79. conciliationem *Bonaventurae primi auctoris*, et *Davidis tanquam politoris et auctoris*. Atque, ut tandem etiam de Autore *Formulae Novitiorum* N. VII. indicatae statuam, cum vacillent *Trithemius* in *Bonav. n.* 464. et hujus Editores p. 619. ille *Librum unum de Profectu Religiosorum*, hi vero *Partem II. de Institutione Novitiorum* adpellando, malim illam cum ob stili convenientiam, tum, quod in *Cod.* praesenti reliquis III. *Davidis* Libellis juncta est, pariter ad hunc referre nullo sane Ordinis Minor. detrimento.

XI. fol. 221. Sermo de Eucharistia in illud: *Caro mea vere est cibus &c. Job. VI.* Initium: *Testamentum novum dignissimum est quia est christi sanguine confirmatum &c.* E verbis fol. 223. p. 2. de *Laicis*: *propter hoc enim non datur eis sacramentum de calice, ne cum multitudo communicat, de facili aliquid de christi sanguine effundatur &c.* tempus scriptionis colligi potest, atque haec verba ex alio *Codice* jam *Vol. I. P. 3. col. 2645.* retuli.

XII. fol. 228. *Incipit speculum monachorum &c.* Praeit *Conspectus Operis*: *Tractatus iste qui est de professione monachorum tres ha-*

*bet partes. In prima forma professionis declaratur. In 2^a temeritas proficientium (profitentium) reprimitur. In 3^a negligentia professorum iam excitatur. Atque Partes singulae deinceps in Capita dispescuntur. Init C. I. Cum displiceat deo infidelis et stulta professio &c. et mox ex adlata Professionis Formula de Ordine *Benedictino* agi liquet. Igitur facile quis induceret in animum, obversari sibi hic *Speculum Monachorum* a *Bernardo* natione *Gallo* e *Monacho Saviniacensi*, Abbate primum *Lirinesi*, dein a. 1263. primo hujus nominis *Cassinensi* concinnatum. At vero, ubi in manus sumserit Editionem *Bernardi* curatam *Venetis* cum II. *Libro Dialogor. Gregorii* 1520. 8. min. quam nullibi memorari video, deprehendet *Speculi* nostri Autorem nihil nisi Opusculi *ὀκονομῶνα Bernardo* illo mutuatum fuisse, remque suam aliis *Scripturae*, *Patrumque locis*, aliis rationibus agere. Abest igitur et *Prologus* ille ad *Joannem Decan.* et *Thomacium Vicedec.* et in *Professionis Formula* τὸ *Cassinensi*. Quare Germanum aliquem Autorem et *Bernardi* imitorem habeo. Ait ille prope finem: *Mentior, si non vidi vnum abbatem LX. equos et amplius in suo ducere comitatu; dicas si videas transeuntes; non patres esse monasteriorum sed dominos castellanorum* (l. castellorum) Quae sunt verba *Bernardi* in *Apolog. ad Guil. Abbatem* C. 11. Ceterum de *Bernardo*, quem quidam *Aiglerium* vel *Ayglarium* cognominant, quod mihi nomen fratris ejus *Neapolit. Archie-**

Archiepiscopi videtur, quemque alii perperam Cardinalem dixerunt, adi *Oudinum* T. III. col. 474. *Ciaconium* T. II. col. 175. et *Erasmi Gattulae Hist. Abbatiae Cassin.* P. II. p. 484. *Venet.* 1733. f.

XIII. fol. 244. Incipit *Rethorica diuina Wilhelmi summi Cancellarij parisyensis.* Cancellarium fuisse *Guilelmum Arvernum*, illustre Academiae *Parif.* decus, nemo tradit, Episcopatu tamen Urbis illius ab anno 1228. ad a. mortis 1248. egregie functus est. Tractatus noster, qui inter praecipua eius Opera numeratur, et potissimum de virtute *Orationis* agit, distinctus in *Capita* LIV. incipit: *In sacris ac sacrificatiuis exercitationibus que et quanta sit dignitas &c.* et finit: *sed etiam impetratur ab ipso gratia, quam nobis concedat &c.* Impressus extat tum separatim cum *Opusculis Ephrem s. l. et a. 8. et Paris. 1516. 8.* tum in *Colle&. Opp. Venetiis 1591. et Aureliae 1674. f.*

XIV. fol. 328. absque inscriptione tractatur haec Quaestio: *Vtrum episcopus uel plebanus licite possit populum sibi commissum deserere propter persecutionem et alibi fugere.* Praemissis variis casibus, in quibus extra casum persecutionis Grex deferri possit, haec duo

Vos qui sub christo mundo certatis in isto

Discite virtutum conflictus et viciorum &c. —

In mundique statu cum preclaro comitatu.

XVII. fol. eod. p. 2. rursus absque inscriptione: *Ecce videntes*

stabiliuntur: I. *Episcopus aut plebanus propter persecutionem personalem sibi imminentem potest licite fugere et populum deserere.* II. *Propter persecutionem fidei et iusticie ecclesie dei sibi et alijs suis subditis imminentem non potest licite fugere et subditos deserere.* Tempus scriptionis ex his liquet: *Quia tamen omnes nunc per huffitas impugnamur et in personis rebus et fide, vt experientia assidua edocet, quid nobis restat faciendum? Estne nobis fugiendum? Aio, quod non, sed spem in deum ponere debemus, qui liberat de angustijs suos iustos et probos.* Quaestio vel hodie opportuna.

XV. fol. 333. praecedente Capp. Elencho *Incipit liber de Miseria humane conditionis editus a Iothario dyacono cardinali Sanctorum Sergi et bachi qui postea Innocencius papa 3^o appellatus est.* Titulus hic prorsus, ut in *Edit. Schöpfliniana*, de qua, uti de toto hoc Opusculo, jam et hoc, et praecedente *Vol. egi.* Manus hic Sec. XIV. est. In Praeloquio ad *Petrum Ep. Portuens.* rite legitur *dignitatem humane nature.* Inscriptio frontis et calcis habent: *Liber de contemptu mundi.*

XVI. fol. 351. ἀπειρηγῶνος jam alias relatus *Dialogus Virtutum et Vitiorum*, qui infit et finit:

clamabunt foris &c. quod est initium Praeloquii Guilelmi de S. A. more

more de *Periculis Ecclesiae* vel *novissimorum Temporum*, Scripti *Vol. super.* non semel indicati, hic vero in verbis: *et fideles layci habent presbiteros suos*, abrupti, momente *Librario: Defectus sequens videatur et suppleatur, si inveniat.*

CCCXCIV.

U. 263 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 73. f. ita exaratus per duas columnas, ut facile anterioris Seculi haberi posset, rubricis distinctus et olim, ut anterior Theca indicat, *Petri Gnem de vlr.* (Ulrichsdorf, Ulrichskirchen, Ulrichschlag?) *Presb. Pat. Dioc.* folio *praevio* habet Elenchum sat longum eorum, quibus neganda sit Communio eucharistica, quorum agmen claudunt: *Qui excogitant novas exactiones contra commune bonum hominum, et conditores novarum legum contra diuinas;* dein vero succinctam Chronologiam, quae incipit: *Anno a creacione mundi II^m. C. LXXXIII. Abraham vidit tres et unum adoravit &c.* et ita definit: *Anno 1439. Fridricus 3^{us} dux Austrie electus est.* Codex jam ipse orditur a *Gregorii M. Pastoralis*, cujus initium jam saepe relatam: *Pastoralis cure me pondera fugere &c.* Exemplum fati castigatum legit in Prooemio: *ut lectoris animus — gradiatur, sensu meo melius, quam: ut liber ad lectoris sui animum — gradiatur;* peccat vero mox legendo *cauta consideratione pro quanta,*

et doctrina destruat pro destituat. In Operis conclusione habet: *bone frater pro bone vir, tabula me suscipe pro sustine, tui me apud deum meriti pro tui me meriti,* quorum nihil *Mauriani* notarunt.

II. fol. 40. Orationis dominicae sequitur Expositio, quae inquit: *Pater noster. Patrem se magis quam dominum voluit dici &c.* Bonae frugis, sed videtur abrupta, nam ultra: *Dimitte nobis debita nostra &c.* nihil exponitur.

III. fol. 42. *Epistolae* Apostolicae vers. vulg. et primum quidem *Paulinae*, dein *Canonicae* omnes. I. *Job. c. 5.* Testimonium triplex legitur a prima manu, absque omni refectione, ut hodie in impressis Exemplaribus.

IV. fol. 70. p. 2. Notata quaedam de Sacerdotum dignitate et potestate circa sacra Mysteria et de modo Resurrectionis futurae Corporum, quibus adscriptum: *Anno domini 1430. Ulrichus Zepff.* Antiquarius merito dicendus, ita characteres vetustiores aemulatur.

V. fol. 71. p. 2. alia manu *Bulla Eugenii IV.* data *Rome 1433. VII. kal. Jun.* qua *Urbani IV.* et *Martini V.* Constitutiones de *Festo Theophoriae* confirmantur. Init: *Excellentissimum Corporis et Sanguinis domini nostri ihesu christi sacramentum &c.* et habetur *Bullar. Cocquelin. T. III. Romae 1743.* p. 9. f. Adtextae sunt ab illorum utroque indultae noxarum veniae et gratiae, ad quarum calcem ita lusit Scriptor: